UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Ordo

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Orbitas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

ORbitas, Græce ὀρφανία, ας, ἡ, & ὀρφανὸς, ου, ὁ, orbus dicitur. Hebr. *Schechol*, à verbo *Scachal*, orbus fuit, priuatus eſt liberis. Hinc σκυλεύω ſpolio, orbo, σκύλον ſpolium, σκῦλον exuuium. Orbus vero proprie dicitur is, qui lumen oculorum amiſit, quaſi amiſſis orbibus propter rotunditatem oculorum. Hinc per metaphoram orbi dicuntur, quicunque aliqua re chara priuati ſunt, quaſi oculis priuati. Hinc etiam orbo verbum, id eſt, priuo: & orbatus, priuatus: & orbitas ſiue orbitudo, quæ eſt illa qualitas patrum poſt amiſſos liberos, vel filiorum poſt amiſſos patres. Hinc etiam orbefacio, hoc eſt, orbitatem alicui indico, & orbum liberis facio, vnde orbifico & orbificus deducuntur, orbem Latini circulum & orbiculum paruū circulum dicunt. Mundumque à rotunditate orbem vocant. Item orbitus, ta, tum, hoc eſt, circularis Varro: *Vt ſydera cæli circa terram atque axem voluuntur motu orbito.* orbita vero eſt veſtigium rotæ. A quo exorbito fit, hoc eſt, à recte dicendo, & quaſi extra orbitam eo.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

De moriente ſine filiis. DIAL. CXXXI.

Franciſci Petrarchæ.

DOL.

Sine filiis morior. R. Eo alacrior mori debes, atque expeditior proficiſci, nil poſt tergum linquens, quod te vellicet. Ille ingens morientium dolor ceſſat, ex commiſeratione oriens deſerendæ prolis, immaturæ præſertim, & paterno præſidio indigentis, perque ætatem inopiamque conſilii & iniuriis & caſibus multis expoſitæ. D. Nati, quos optabam ſperabamque ſuperſtites, præceſſerunt. R. Habes, ad quos ire cupias, non à quibus doleas abire, non exiguum ſolamen. D. Mors acerba, filiorum orbus vt moriar, cogit. R. Hoc ſi miſerum cenſes, quid eſt, vel quod orbum mori cogat, vel vixiſſe coegerit? Cum vnde tibi filios eligas, ingenuorum iuuenum tanta ſit copia, ea fortaſſis obſequentiores, & tui amantiores habiturus, quam quos tuo de ſanguine genuiſſes, quod illos caſu quodam, hos certo iudicio quæſiuiſti: Filii illi antequam noti, hi autem noti & dilecti & electi, antequam filii, itaque totum illi hoc naturæ, hi beneficio tuo imputent, quod filii tui ſint, vnde fit, vt ſæpe hæc fuerit facta ſucceſſio, cui tuto, non mediocre tantum patrimonium, ſed ſummum imperium crederetur. Noſti, vt Iulius Cæſar prole carens ſibi Auguſtum, ille Tiberium, pene inuitus quidem, vt poſt Nerua Vlpium Traianum, ille Ælium Adrianum, vt is rurſus Antonium Pium, ille Marcum Aurelium, ſibi filium fecit feciſſetque ille alium quemcunque felicius, quam commodum genuiſſet, nulli commodum, cunctis incommodum, vnicum tanti patris infortunium, vnumque ex paucis Romani imperii probrum ingens, atque apertiſſimum argumentum, quanto adoptio ſit felicior genitura, quod cū primi ex ordine diu ac feliciter imperaſſent, hic tantorum veſtigiis ducum ſpretis iter deuium ingreſſus, breui & turpi non imperio, ſed tyrannide, cum Rempub. fœdaſſet, miſero quidem, ſed ignoto fine procubuit, publicumque ludibrium in ſe vertit. Iam inde præterea ante hos longe ſecundum illud fulmen belli Punici, malleumque Carthaginis, Africani illius magni filius in decus gentis aſſumpſerat hoc ſcilicet facto, vt quam vrbem auus concuſſerat, hanc nepos eius euerteret, vt Florus ait hiſtoricus. Ex Æmilia in Corneliam familiam translatus, vtriuſque decus vltimum fateor, non minimum. Ex his vides, quod nec tibi, nec principi deeſſe filius poteſt, quodque eſt optimum: Bonis bona non deſit electio: quæ ſi adſit, talem tibi fortaſſe filium dabit, qualem non dediſſet vxor, & votiuum matrimonii effectum coniugalibus expeditus vinculis inuenies, ſic naturæ defectui lex prouidit. D. Quomodo nunc domui meæ diſponam? orbus morior. R. Magnam vero pietatis, magnam laudis oblatam tibi (ne reſpuas) materiam, & quod filiis forſan ingratis, ac vel male cumulaturis, & quoniam vterque mos eſt, in vſus peſſimos verſuris, breuique omnia profuſuris conferre decreueras, confer honeſtius, confer vtilius, confer ſtabilius. Pergami quidam rex Attalus populum Romanum nec egentem certe, & Aſiaticis profecto diuitiis corrumpendum teſtamento ſibi hæredem fecit. Ego tibi alium populum, quem inſtituas oſtendam. Hinc te amicorum, hinc egentium turba circumſtant, ex vtraque tibi filios adoptare permitteris: quorum alii te digreſſum dulci ſecum commemoratione detineant, alii te, quo pergis, pia precum feſtinatione præueniant, vtque hic & rogaueris, illic centuplicata reperias, fœnus vberrimum, certiſſimumque viaticum iter iſtud acturis. D. Morienti mihi nullus eſt filius. R. Quid ſi multi eſſent, an ex his, tibi ſeu cuſtodem domus ac pecuniæ, quæ tua certe amplius non erit, eligeres? ſeu in prœlio mortis Athletam ipſum quoq; mortalem, ſeu denique comitem ad ſepulchrum. vltra enim nec te tui quidem comitentur, nec Metellum ſui, breuis à lectulo mortis ad ſepulchrum via eſt. Quid refert, an hic ſolus iaceas, an ibi, friuolæ prorſus & ineptæ cauſæ filios optandi. Nam ſi in illis, vt vulgo dicitur, ſeruari ac perpetuari [...] optabas, ipſe quoque vulgariter fallebaris. Siquidem [...] ſcuritas profecto creberrima, nec illuſtrare ipſa vſque [...] paternum poteſt nomen. At perrara filiorum claritas, vt [...] per filios claros facit, ſic parentes interdum vicinitate [...] obſcuratique, quaſi minora ſol ſydera, quod nuſquam [...] quam in Iulii Cæſaris patre cognoſcitur, quem pœnæ [...] ſplendor fecit. Et ad ſummam: Quisquis in filio ſui nominis [...] reponit, rem pertenuem labilemque in vaſe fictili locat; [...] quodque eſt in conſultius, non ſuo, rem maioris apud vulgus [...] apud doctos pretii, neutris tamen contemnendam, ſed [...] ſtius tum certius locandam in ſuis incorruptibilibus vaſis [...] in virtute propria, in rebus geſtis, in literis D. ſine natis [...] Non ſunt, in quos tuæ ſeſe ſpargant curæ, in te verſæ omnes [...] ſtructior liberiorque digrediere, te vnum reſpiciens, te [...] quam miſer, & quam felix moriare, nec incertus morens [...] ſeriæ ſit addendum, vel felicitati detrahendum tuæ, [...] pitudine, ſeu fortuna. Etſi enim aliis aliter videatur, in [...] ſententiam ſum pronior, vt magnis tamen ſcimus viſum eſſe [...] ſophis, filiorum euentibus imminuitur paterna felicitas [...] lum bonum, quod in craſtinum prominet, & pendet ex alieno [...] ſi opinionem hanc admittimus, quid hinc ſit intelligis, [...] nim nequit, quin multi felicius obituri fuerint, ſi ſine filiis [...] ſent.

Vide Filius, Mors, Parentes.

Ordo.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

ORdo, Græce τάξις, ιος, ἡ, & τάσσω, ordino dicitur. Eſt autem [...] parium diſpariumque rerum ſua cuique loca tribuens [...] tio. *ſec. Aug. de ciu. Dei, l.* 19.

Ordo ab ore dicitur, quod idem eſt, quod diſpono, [...] nuntio, cui cuique locus eſſe debeat. A quo ordo, diſpoſi[...] Item, ordinarium in quo ordo ſeruatur, extraordinari[...] extra ordinem: ordinate aduerbium, hoc eſt, ſeruato ordine.

Ordo ſacer eſt, & ſignaculum quoddam, in quo ſpiritualis [...] ſtas traditur ordinato ad officium. *ſec. Magiſtr. ſent.* & [...] 4. *diſt.* 24.

¶ LOCI BIBLICI.

Ordo, pro diſciplina Eccleſiaſtica, *Coloſſ.* 2. 5. Ordo in [...] ſeruandus, 1. *Corint.* 14. *v.* 30. 31. 40. Ordinis Eccleſiaſtici [...] Synodus Ieroſolymitana, *Actor.* 15. 13. Ordo politicus [...] colendus, *Roman.* 13. 1. 1. *Petr.* 2. 13. *Tit.* 3. 1. Illum turbantes [...] *Theſſ.* 3. 6.

¶ SENTENTIA BIBLICA.

Omnia honeſte & ſecundum ordinem fiant in Eccleſia. [...] *ad Cor.* 1. *c.* 14.

¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Pueri ad ſacros ordines nullatenus admittantur, ne tanto [...] loſius cadant, quanto citius conſcendere ad altiora feſtinant. *Greg. epiſt. ad Columb.*

Ne hi, qui ordinati ſunt, pereant, prouideri debet, quales ordinentur: vt aſpiciatur, ſi vita eorum continens in annis plurimis [...] ſtudium lectionis, ſi eleemoſynæ amorem habuerunt. *ibid.*

Nullus debet ad alterū accedere, niſi cuius caſtitas ante [...] miniſterium fuerit approbata. *ibid.*

Non loca vel ordines Deo nos proximos faciunt: ſed [...] opera & bona ei coniungunt, aut mala diſiungunt. *idem epiſt. ad Anaſtaſ.*

Agnoſcat vnuſquiſque ordinem ſuum, & quid dignum ſit eo ordine, quem ſuſcipit, intelligat, & libret actus ſuos, ita etiam [...] nem, inceſſum quoque & habitum moderetur, vt cum ordinis [...] profeſſione conueniat, ne audiat dici ad ſe à Deo: Quia propter [...] blaſphematur nomen meum inter gentes. *Origines ſuper Leuiticum.*

Requiritur in ordinando ſacerdote præſentia populi, vt ſciant omnes, & certi ſint: quia ex omni populo præſtantior eſt, qui doctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotium, & hoc aſtante populo, ne aliqua poſt modum retractio cuique, ne quis ſcrupulus reſideat. *idem, ibid.*

¶ POETARVM DICTA.

Boetius Metro 6 lib. 1.

Sic quod præcipiti via
Certum deſerat ordinem,
Lætos non habet exitus.

Anonym.

Ordine ſeruato mundus ſeruatur, at ille

Neglecto peſſum totus & orbis abit.
Machina perpetuo cœleſtis ab ordine pendet.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORVM.

...do omnis eſt ratio. *Ariſt. Phyſic.* 8.
...eſt propria ſenſibilium natura. *de cœlo, tex.* 24.
...s cauſa dignior eſt ordine. *Phyſic.* 8. *tex.* 15.
...completus agere alterum contrariorum continue. *ibid.*
...nem recipere nequit, quod ordine natura latet. 3. *de cœlo,*

...dinis ac legis quum ciuitas particeps eſt, omnia bene facta ...pleraque quæ ordine carent, aut male ordinata ſunt ex be... ...natis, alia quædam ſoluunt. *de legib. dial.* 6.
...eſt concentus operationum ad inuicem communionis pro... ...viciſſitudinis in omnibus cauſa, contemperatio ad percipi... ...idonea. *Speuſip. de Plat. definit.*
...& tempus innouationem omnium rerum, quæ in mundo ...alienationem faciunt. *Speuſippus in Platonicis definitioni-*

...do omnis diuinus ſibiipſi vnitur tripliciter, à ſummitate, eaq; ...&, à medietate, & à fine. *Proble. Theol. prop.* 148.
...do omnium rerum ad vnam cauſam refertur: ideo prima ...mus nomine nominatur, præſertim quia vnitas ſimplicita... ...gnificat. *Idem in Dion. Areop. de diuin. nomin.*
...rerum dum contemplamur, pulcherrimas rerum for... ...noſcimus artificioſiſſimis rationibus eſſe compoſitas: ac ſi ...ergo ideis, id eſt, exemplaribus, ad quorum ſimilitudi... ...ratio formas producit in ordinem, vt in artificialibus à ...rationes, ab iis ad ideas, id eſt, exemplaria proficiſcimur. ...*in Plat. ep.* 2.

¶ APOPHTHEGMA.

...dicere ſolebat, ſic adoleſcentes in foro auſpicari à cauſis ...ralibus, vt pueri ſolent in ſcholis ab Homero, quod vtrũ... ...maximum: cum oporteat paulatim & per gradus ad id, quod ...eſt, peruenire. *Plin. ad Max.*

¶ SIMILITVDINES.

...zenus, ſane nequaquam rerum & ordinis apud nos laudo ...nem, quum aliquando peruerſe à quibuſdam præſidetur ...bus: ſiquidem non omnes accuſare audeo, neq; viſum eſt: ...legem laudo nautarum, quæ prius gubernatori remũ ...dat, indeq; in proram deducit, & vlteriora concredit. Ita ...ſuper gubernacula, cum multa maris experientia, & ...ſtatuit cognitione. Pariter & in rebus fieri ſolet bellicis: ...initium quis efficitur, deinde ordines regit, tandem etiam ...euadit, ſiquidem ordo ipſe optimus eſt incipiendus pari... ...ſſimus: res verò noſtræ multum dignæ eſſent, ſi ita ſe ha... ...nunc autem ſanctiſſimus apud nos periclitatur ordo, ne ...cunctis ſit ridiculoſiſſimus: non enim ex virtute magis, ...malitia oritur præſidentia, neque digniorum, ſed poten... ...ſunt throni. Samuel inter Prophetas futura præuidens: ſed ...Roboam Salomonis inter reges: quin & Hieroboã ...deſertor: At nec medicus, nec pictor vllus eſt, qui non prius ...conſiderat manus, aut colores temperat multos, & ...figuras. Cathedra verò ſine vllo acquiritur labore, non ſe... ...cum fabulæ gigantes fingunt: vnius diei ſanctos facimus, ac ...eſſe iubemus eos, qui nulla præditi ſunt ſapientia, & qui ...gradum, præterquam velle, afferunt. Et hic quidem inferio... ...locum, & humilis conſiſtit, quum dignus ſit ſublimi, ac ...in literis exercitatus diuinis, multumque carnis ad ſpiritus ...erit ſubiectionem: alius verò ſedet arrogans, ſuperciliaque ...contra meliores, nec tremit ob thronos, minus horret aſpe... ...modeſte deorſum aſpiciens: ſed longe ſe viribus ſuis, & ſeipſo ...meliorem cenſet, male ſentiens, ac ſapientiam à poteſtate deſu... *...in oratione funebri, in laudem Baſil.*

...phontis, Quemadmodum lapides, lateres, ligna & tegulæ ...dinate quidem proiecta, ad nihil vtilia ſunt: cum verò ordinen... ...deorſum ac ſurſum, quæ neque putreſiunt, neque fluunt lapides ...in medio autem lateres & ligna, tunc domus bene conſtru... ...ditur: Sic in bello, licet multos habeat milites, parum tamen ...ent, niſi iuxta arma & munimenta corporis in ordinem collo... ...*in lib. 2. de dictis & factis Socratis. Vnde mutuatus eſt Stobæus* ...52.

Theruert. Qui crudo adhuc cibo nouum adijcit, ſæpe atrophiam ...em incurrit: Nec poteſt promouere ad maiora, qui neglectis ...ribus properat ad poſteriora. *in apoph.* 70.

Vide Decorum, Modeſtia, Temperantia.

Origo.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

ORigo, originis, à verbo Orior, Genus, initium, ſtirps, fons, ortus: Græc. γένεσις. Heb. *Makor.*

Origo, 2 *Sam.* 21. 20. *Heb.* 9. 26. *Apoc.* 13. 8.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Origo omnium fit, quando contigerit aliqua affectio, nimirum cum principium accepto incremento ad ſecundam tranſitionem venerit, & ab hac ad proximam, & ad tres vſque progreſſa ſentientibus ſenſum exhibuerit, dum igitur ſic transmutatur & transmouetur, fit quidlibet quod fit. *Plato de legib. Dialog.* 10.

Origo æternarum rerum, & caducarum longe aliter dicitur, ſi quid mortalium authoritas, & origo illa eſt, quæ præcedit ortum cæterorum: at æternorum origo non in anticipatione temporis, ſed in dignitatis eminentia conſideratur. *Chalcidius in Timæum Platonis.*

Origo rerum ſimplex eſt, nec habet qualitatem, & ſi non æternam, ex aliquo tempore ſit neceſſe eſt, & ſi hoc erit, cauſa quoq; cur ſit, præcedat ortum eſt neceſſe: Ita erit initio aliquid antiquius, ſed hoc abſurdum eſt: Ergo rerum origo æterna & immortalis. *Chalcidius in Platonis Timæum.*

De obſcura origine. DIAL. VI.

Franciſci Petrarchæ.

DOL.

Origo non tantum humilis, ſed obſcura eſt. R. Vera & ſumma obſcuritas vna eſt animi. Illam ſi mihi dempſeris, pulchra ſunt omnia. D. Male natus ſum. R. Qui bene viuit, bene naſcitur, bene moritur: At qui male vixerit, bene natus eſſe non poteſt. Nam quid refert, quam fulgido tramite cœcus inceſſeris, aut quid refert vnde venias, ſi in miſeriam & in culpam venis. D. In peccato genitus ſum. R. Deflet hoc quidem ille vir maximus. Et profecto nemo non in peccato naſcitur. Cauete autem grauiora ſuperaddere, quanquam ne his quoque purgatio ſua deſit, ſed prima illa deformitas in ipſo ſæpe vitæ limine ſacris vndis abluitur, niueuſque animam candor ſubit. D. Male me parentes genuere. R. Quid ad te? Quiſquis male genuerit, fuiſti, niſi alieno flagitio tuum iungis. D. Fœdæ pudet originis. R. Iam quod alieno tumeſcitis, non miror, & alieno ſimul erubeſcitis. Et omnino vbique potius, quem in vobis, & bona, & mala veſtra reponitis, quæ alibi tamen quam in vobis eſſe non poſſunt. Quod niſi pudendum ipſe aliquid pœnitendumve egeris, quod tuum crimen, aut quis pudor, impudicus pater? tu modo ne paterni dedecoris hæreditatem adeas caue. Atque illi diſſimillimus hac in parte fieri ſtude, qui te ignarum genuit, inuito tibi ſuas maculas impreſſiſſe non potuit. In te ſit, & ex te prodeat neceſſe eſt, vnde obſcurus aut clarus fias. D. Inhoneſtis parentibus in lucem veni. R. Omnis parens honeſtus filio videri debet, ſed vt non verendus, ſic ſequendus omnis filio parens. Eſt vbi deſeruiſſe conſilium ſit. Eia igitur in diuerſum abi, ſi virtus eſt parens, deſeri valet, ſeque non ſuum vitium amari optabit. Vnus hic inuentus eſt modus, quo parentum nomen premere, & calceare glorioſum filiis, ac decorum ſit, viuendo aliter caſtius ſcilicet ac ſanctius. De parentibus inhoneſtis lingua filii taceat, diſſimilitudo vitæ morum, actuum non taceat. Pulchra laus filii, cui à tergo dicitur: O quantum ſene ſuo modeſtior adoleſcens! contraque nulla grauior ſenilis nota laſciuiæ, quam admota illi pudicitia iuuenilis: equidem ſi parentum gloria filiis male viuentibus oneroſa eſt, quanto faſce verecundiæ filiorum laus patrum male viuentium premit infamiam? D. Damnata de Venere procreatus ſum. R. Atqui male debes impudici patris honeſtus filius eſſe, & dici, quam honeſti impudicus. In omni enim ſeu laude, ſeu vituperatione illa præcipue æſtimanda ſunt, quæ cuiuſque ſunt propria. De alieno nemo iuſte reprehenditur, ſeu laudatur. Et ſi, vt dixi, veſtrum, qnicquid id eſt, conſpectius ſit ſuo contrario admodum. Cæterum, vt cuiuſque propria laus aut infamia eſt, ſic laudis, aut infamiæ propria cauſa ſit oportet. Neque vero vt vnius gladio alter perit, vtque vnius flammis res alterius vritur, ſic vnius culpa, etiam fama perit alterius, eoque animi bona ſolidiora ſunt, quam corporis aut fortunæ, vt inuito nequeant poſſeſſore violari. D. Contra fas contraque leges genitus ſum. R. Nil tu contra leges, ſed parentes tui egerunt, tu ſecundum leges age omnia. In hoc quidem nullum penitus tuum crimen fuit, de ortu tuo alii, tu de moribus tuis rationem reddes. Et quamvis odio vagæ libidinis in immerentes filios vltio legum ciuilium extendatur: Deus tamen quemque ſuis finibus metitur. Nec filii iniquitatem patri imputat, nec filio patris. Ipſam quoque philoſophiam iudicare aliter ſolitam, quam leges ab ipſis philoſophis accepiſti. Legibus ergo oppreſſus diuino ſimul ac philoſophico iudicio reuelatus, habes animum, vt ne ſoleris, neque enim tibi vt priuati patrimonii, ſic publicæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN